

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Ioanni Riuio Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

in discrimine fuerint nostræ literæ, nisi summa ope  
 à tui similibus defendantur. Quare te iterum, quic-  
 quid possum, per hoc rei literariæ studium rogo, ut  
 si honestè queas, commigres ad nos. Nam quod ex-  
 cusas, uereri te, ut sit ad prælegendum satis tempo-  
 ris \* magna facultas, uerundè tu quidem. Sed nos  
 iam non tam prælectionis causa te accersuimus,  
 quàm ut tua consuetudine formarentur hi, qui ad  
 poeticon idonei sunt. Nam satis prospicis consilium  
 nostrum. Si quæri iubeas professorè, qui sophisti-  
 co more uulgo suam garrulitatem ostendet, ἢ  
 μέλας τῶν τοιάτων. Et quanquam uideam istud  
 tuum genus solutæ orationis propter subtilitatem  
 ad docendum, & Scholæ appositum esse: tamè hoc  
 agimus, ut habeat iuuētus, ad cuius exemplum uer-  
 sus adsuefaciat facere. Eobanus Norimbergā acer-  
 situr, satis honesta conditione: alioqui huc inuita-  
 semus. Cæteræ disciplinæ habèt tolerabiles profes-  
 sores in hac urbe: sed mihi tota Schola sordebit,  
 nisi tui copia cōtigerit. Sine igitur abs te Remp. im-  
 petrare, ut operam nobis tuam addicas: & cum te  
 Reipublicæ nomine uocamus, puta cœlesti aliqua  
 uoce uocari ad honestissimam prouinciam. Vale.

Ioanni Riuiio Philippus Melan-  
 chthon S. D.

Accepi literas tuas ad 16 Calēdas Martias, quas  
 legi

Erant <sup>23</sup> ~~23~~ <sup>23</sup> plenae amoris erga me tui c. Mehu.

legi libentissimè, plenisimas amoris, humanitatis  
& officij. itaq; me plurimùm tibi debere iudico,  
quòd in tantis occupationib. tuis, tamen etiam ami-  
citiæ nostræ rationem habendam ducis, mihiq; tans  
amanter respòdes. Feceris mihi autem gratissimùm,  
si crebrò ad me scripseris. Sentio enim me pluri-  
mum ex literis tuis proficere: quarùm elegantia tan-  
ta est, atq; puritas, ut exemplum earum mihi imi-  
tandum maximè putem: & facilius uideor mihi hu-  
iusmodi exempla quàm uetera effingere. Neq; uerò  
tantum ad orationem prosunt, sed moribus etiam  
conducunt. Prescribis enim mihi præcepta de om-  
nibus officijs huiusæ tatis honestissimis, in qua pro-  
fectò incumbam omni animi cogitatione et studio.  
Nam autoritas tua plurimùm apud me ualet meri-  
tò. Quare te quantum possum oro, ut institutã scri-  
bendi consuetudinem conserues. Etsi autem in hoc  
genere non <sup>parum c. Me</sup> paruum tibi possum referre gratiam,  
seu, ut Poeta scribit, \* *ἄρω τῷ μέγιστον*: tamen polli-  
ceor, me si quo officij genere potero, olim declara-  
turum esse, hoc tuum beneficiùm mihi fuisse gratissi-  
mum. Neq; committam interea, ut in scribendo desi-  
derari in me officium possit. Vidi hic Bembi quos-  
dam Dialogos de Terentio: qui si tibi ignoti sunt,  
significes uel mihi, describã tibi <sup>exemplum c. Me</sup> exemplum, pro-  
pterea quòd, cum optimum authorem in delicijs  
habeas, arbitrer te omnes omnium eruditorum si-

c. AOT plenissime

Te se c. Me  
Te quasi Domestica  
c. Me

Te meae c. Me  
honestissime c. AOT

parum c. AOT  
et tu c. AOT  
tuum c. AOT

rescribendo c. Me

Te enim c. Me

arbitraber c. Me  
arbitror c. AOT

requiritur c. 12

hactenus c. 207

ue annotationes siue disputationes de eo et studio  
se inquirere, & legere libenter. Quantū aut Bem-  
bo tribuant hoc tempore studiosi Latine linguæ,  
non ignoras. Præter huius Bembi <sup>1605 & 1607</sup> libellum hic nihil  
habemus nouorum scriptorū, quod quidem aut nō  
uideris, aut non sine molestia uidere possis. Vale.

Guilielmo Reiffenstein Philippus

Melanchthon S. D.

Nepotes uti cupiebant ad te proficisci, quia hic  
formidabatur Anglica pestis, quæ peruagata est se-  
rè totam Saxoniam. Dimisi itaq; eos non inuitus.  
Tuum erit, efficere, ne studia prorsus intermit-  
tant. Scio patris fuisse consilium, ut Theodoricum  
ablegaret in aliquam decuriam scribarū, ubi disce-  
ret usum, qui nunc in admiratione magis est, quàm  
doctrina. Ego tamen putavi meum consilium tibi  
etiam indicandum esse. Talia fundamenta iecit in li-  
teris, sic etiam ingressus est in Iuris studium, ut spe-  
rem eum cōsecuturum solidam in ea re doctrinam,  
si non abstraxeritis eum ab eo studio. Melius est di-  
gnitati et uilitati cōsuleret, si præferret perfectam  
doctrinam illiterato usui scribarum. Vide quanta  
sit discipulorum paucitas: mihi crede, magno erunt in  
precio post solidè eruditi. Hæc scripsi admonendi  
tui causa, non docendi. Nihil malo, quàm ut hæc stu-  
dia retineantur: quibus amissis, nulla erit legitima  
forma Rerum publicarum. Vale feliciter.

Guiliel-